

semper justus ex Deo nascitur. . . Si enim semper ex Patre nascitur Dominus, etiam tu in similitudinem ejus, tantum adoptionis scriptum habens, semper generaris à Deo per singulos intellectus, per singula opera, & efficeris Filius Dei in Christo Jesu. (*Hom. 9. in Jerem.*)

VII. *Potentes potenter tormenta patientur.* Plus à me exigitur quam à Diacono; plus à Diacono quam à Laico. Qui vero totius Ecclesiæ arcem obtinet, pro omni Ecclesia reddet rationem. (*Hom. 11. in Jerem.*)

VIII. *Ne respexeris retro, & ne steteris in tota regione.* . . Dimisisti Sodomam, ne revertaris in Sodomam. Dimisisti vitia atque peccata, ne regrediaris ad ea. . . *Ne respexeris retro:* non sufficit ad salutem, nisi & consequens observaveris; *ne steteris in tota regione:* non enim expedit incipienti proficere ut stet in regionibus Sodomorum, sed expedit *ut salveris in monte,* in quo salus est, idest nomine Jesuchristi. (*Hom. 13. in Jerem.*)

IX. In oratione dicimus: *Deus omnipotens, da nobis partem cum Prophetis, da cum Apostolis Christi tui.* Hæc loquentes, non sentimus quod petimus: re enim hoc dicimus; fac nos sic odio haberi, ut odio habiti sunt Prophetae; & da nobis verba talia, super quæ persecutionem patiamur: da in istas incidere calamitates, quas Apostoli sustinuerunt. Dicere quippe: *da mihi partem cum Prophetis & Apostolis,* nolentem pati id, quod Prophetae & Apostoli, injustissimum est. (*Hom. 14. in Jerem.*)

X. *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.* Non deficient igitur de petra ubera, sed illi dereliquerunt fontem aquæ vivæ, non autem fons aquæ vivæ deseruit ipsos. Etenim à nemine Deus elongat semetipsum, sed qui *elongant* semetipsos ab eo, *percut.* (*Hom. 18. in Jer.*)

XI. Fieri nequit, ut simul existat amor erga mundum cum amore erga Deum. (*Comment. in Joan. Tom. 19.*)

SENTENCIAS ESCOGIDAS

DE SAN CIPRIANO

correspondientes al capítulo VII. artículo IV.

I. Non qui beneficiorum terrestrium mos est, in capessendo munere cælesti, mensura ulla vel modus est. Profluens largiter spiritus, nullis finibus premitur. . . manat jugiter, exuberat affluenter: nostrum tantum sitiatur pectus & pateat; quantum illuc fidei capacis afferimus, tantum gratiæ inundantis haurimus. (*Ep. 1. ad Donat.*)

II. Movet sensus, mulcet affectus, expugnat boni pectoris conscientiam fortiolem. (*Ibidem.*)

III. Non intelligit miser speciosa sibi esse supplicia, auro se alligatum teneri, & possideri magis, quam possidere divitias atque opes. O detestabilis cæcitas mentium, & cupiditatis insanæ profunda caligo! cum exonerare se possit, & levare ponderibus, pergit magis fortunis argentibus incubare: pergit poenalibus cumulis pertinaciter adhærere. (*Ibidem.*)

IV. Ubi non nisi præcepta Dei, & Christi præmia cogitantur, voluntas est illic tantum Dei, & in carne licet adhuc positus, vita non vivitur jam præsentis sæculi, sed futuri. (*Ep. 15. Moysi & Maximo.*)

V. Non aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quam inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Judex vice Christi cogitatur. Cui si secundum magisteria divina obtemperaret fraternitas universa, nemo adversum Sacerdotum collegium quidquam moveret; nemo post divinum judicium, post populi suffragium, post Coepiscoporum consensum, judicem se, non jam Episcopi, sed Dei faceret. . . nisi si ita est aliquis sacrilegæ temeritatis ac perditæ mentis, ut putet sine Dei judicio fieri Sacerdotem. (*Ep. 55. ad Cornel.*)

VI. Quam gravis causa sit hominis Christiani, servum pati nolle, cum prior passus sit Dominus: & pro peccatis nostris nos pati nolle, cum peccatum suum proprium non habens passus sit ille pro nobis? Filius Dei passus est, ut nos filios Dei faceret; & filius hominis pati non vult, ut esse Dei filius perseveret. (*Ep. 56. ad Cornel.*)

VII. Incumbamus gemitibus assiduis, & deprecationibus crebris. Hæ sunt enim nobis arma cælestia, quæ stare & perseverare fortiter faciunt. . . . Utrobique pro nobis semper oremus, pressuras & angustias mutua charitate revelemus. Et si quis istinc nostrum prior divinæ dignationis celeritate præcesserit, perseveret apud Deum nostra dilectio, pro fratribus & sororibus nostris apud misericordiam Patris non cesset oratio. (*Ep. 57. ad Cornel.*)

VIII. Virgines sunt flos Ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratiæ spiritualis, læta indoles, laudis & honoris opus integrum atque incorruptum; Dei imago respondens ad sanctimoniam Domini, illustrior portio gregis Christi. Gaudet per illas, atque in illas largiter floret Ecclesiæ matris gloriosa foecunditas: quantoque plus copiosa virginitas numero suo addit, tanto plus gaudium matris augetur. (*De discipl. & habit. Virg.*)

IX. Si tu te sumptuosius comas, & per publicum notabiliter incedas, oculos in te juventutis illicias, suspiria adolescentium post te trahas, concupiscendi libidinem nutrias, suspirandi fomenta succendas; ut etsi ipsa non pereas, alios tamen perdas, & velut gladium te & venenum videntibus præbeas; excusari non potes, quasi mente casta sis & pudica. Redarguit te cultus improbus, & impudicus ornatus; nec computari jam potes inter virgines Christi, quæ sic vivis, ut possis adamari. (*Ibidem.*)

X. Iis, quæ possidere te Deus voluit, utere; sed ad res salutare, sed ad bonas artes; utere, sed ad illa, quæ Deus præcepit, quæ Deus ostendit. Divitem te sentiant pauperes,

locupletem sentiant indigentes. . . . ut ad Domini præmia pervenire tibi contingat, multorum precibus exora. . . . possessiones tibi sed cælestes magis compara, ubi fructus tuos juges ac perennes, & ab omni contactu injuriæ sæcularis immunes nec rubigo atterat, nec grandis cædat, nec sol urat, nec pluvia corrumpat. Nam delinquis & hoc ipso in Deum, si ad hoc tibi ab illo divitias datas credis, ut illis non salubriter perfruaris. . . . alioqui tentatio est patrimonium grande, nisi ad usus bonos sensus operetur; ut patrimonio suo unusquisque locupletior magis redimere debeat, quam augere delicta. (*Ibidem.*)

XI. Ornamentorum ac vestium insignia, & lenocinia formarum, non nisi prostitutis & impudicis foeminis congruunt; & nullarum fere pretiosior cultus est, quam quarum pudor vilis est. Sic in Scripturis Sanctis describitur civitas meretrix, compta pulchrius & ornata, & cum ornamentis suis, ac propter ipsa potius ornamenta, peritura. . . . Fugiant castæ virgines habitus impudicarum, ornamenta meretricum. (*Ibidem.*)

XII. Pro timore, quem nobis fides suggerit, pro dilectione, quam fraternitas exigit, non virgines tantum aut viduas, sed & nuptas puto, & omnes omnino foeminas admonendas, quod opus Dei, & facturam ejus adulterare nullo modo debeant, adhibito flavo colore, vel nigro pulvere, vel rubore. Dicit Deus: *faciamus hominem ad imaginem nostram*, & audeat quisquam mutare & convertere, quod Deus fecit? Manus Deo inferunt, quando id, quod ille formavit, reformare, & transfigurare contendunt: nescientes, quia opus Dei est, quod nascitur; diaboli, quodcunque mutatur. (*Ibidem.*)

XIII. Ut impudica circa homines fucis lenocinantibus non sis; corruptis quæ Dei sunt peior adultera detineris. Quod ornari te putas, quod putas comi, impugnatio est ista divini operis, prævaricatio est veritatis. . . . de inimico tuo compta, cum illo pariter & arsura. Viderint quid sibi nuptæ per placendi studium de conjugum solatio blandiantur, quos dum in excusationem suam proferunt, ad societatem criminosa

consensionis adsciscunt. (*Ibidem.*)

XIV. Quid de eo boni sentias? jacens stantibus, & integris vulneratus minatur: & quod non statim Domini corpus inquinatis manibus accipiat, aut ore polluto Domini sanguinem bibat, Sacerdotibus sacrilegus irascitur. O nimiam, furiose, dementiam! irasceris ei, qui abs te avertere iram Dei nititur, ei minaris, qui pro te Domini misericordiam deprecatur; qui vulnus tuum sentit, quod ipse non sentis; qui pro te lacrymas fundit, quas forsitan ipse non fundis. (*De laps.*)

XV. Vos fratres dilectissimi, quorum timor in Deum pronus est . . . poenitentes, ac dolentes peccata vestra percipite . . . nec desperantes misericordiam Domini, nec tamen jam veniam vindicantes. Deus quantum Patris pietate, indulgens semper, & bonus est, tantum judicis majestate metuendus est. Quam magna deliquimus, tam granditer defleamus. Alto vulneri diligens, & longa medicina non desit: poenitentia crimine minor non sit. (*Ibidem.*)

XVI. Pacem quærere debet, & sequi filius pacis, à disensionis malo continere linguam suam debet, qui novit & diligit vinculum charitatis. Inter divina sua mandata passioni jam proximus Dominus addidit: *Pacem dimitto vobis, pacem meam do vobis.* Hanc nobis hæreditatem Christus dedit; dona omnia suæ pollicitationis, & præmia in pacis conservatione promisit. Si hæredes Christi sumus, in pace Christi maneamus. (*De Unit. Ecclesie Carth.*)

XVII. Nemo futurorum metum cogitat, diem Domini, & iram Dei. . . quod metueret conscientia nostra, si crederet: quia non credit omnino, nec metuit: si autem crederet, & caveret: si caveret, evaderet. (*Ibidem.*)

XVIII. Quando peccatores pro delictis nostris petimus, advocati nostri verba promamus. Nam cum dicat; quia quodcumque petierimus à Patre in nomine ejus, dabit nobis; quanto efficacius impetramus, quod petimus in Christi nomine, si petamus ipsius oratione? (*De orat. Domin.*)

XIX. Voluntas Dei est, quam Christus fecit & docuit: humilitas in conversatione, stabilitas in fide, verecundia in verbis, in factis justitia, in operibus misericordia, in moribus disciplina, injuriam facere non nosse, & factam posse tolerare; cum fratribus pacem tenere; Deum toto corde diligere; amare in illo, quod Pater est; timere, quod Deus est; Christo nihil omnino præponere, quia nec nobis quidquam ille præposuit; cruci ejus fortiter ac fidenter assistere; quando de ejus nomine & honore certamen est, exhibere in sermone constantiam, qua confitemur, in quæstione fiduciam, qua congregimur, in morte patientiam, qua coronamur. Hoc est cohæredem Christi esse velle, hoc Patris voluntatem adimplere. (*Ibidem.*)

XX. Hunc panem nostrum dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo graviore delicto, dum abstenti, & non communicantes à cælesti pane prohibemur, à Christi corpore separemur. (*Ibidem.*)

XXI. Contrarium sibi fit, & repugnans, ut quæramus in sæculo diu vivere, qui petimus regnum Dei velociter advenire. (*Ibidem.*)

XXII. Dum præcedit humilis confessio, & datur totum Deo; quidquid suppliciter cum timore, & honore Dei petitur, ipsius pietate præstat. (*Ibidem.*)

XXIII. Quando stamus ad orationem, vigilare & incumbere ad preces toto corde debemus; cogitatio omnis carnalis, & sæcularis abscedat; nec quidquam tunc animus, quam id solum cogitet, quod precatur. Ideo & Sacerdos ante orationem, præfatione præmissa, parat fratrum mentes dicendo: *sursum corda*, ut dum respondet plebs: *habemus ad Dominum*; admoneatur, se nihil aliud, quam Dominum cogitare debere. (*Ibidem.*)

XXIV. Quomodo te audiri à Deo postulas, cum te ipse non audias? vis esse Deum memorem tui, cum rogas; quando tu ipse memor tui non sis? . . . Hoc est, quando oras Deum,

majestatem Dei, negligentia orationis, offendere. Hoc est vigilare oculis, & corde dormire; cum debeat Christianus, sicut scriptum est ex persona Ecclesiae loquentis in Cantico, & cum dormit oculis, corde vigilare. (*Ibidem.*)

XXV. Beatus Apostolus Paulus opera bona, quæ fiunt, sacrificia Dei dixit esse. . . . Nam quando quis miseretur pauperis, Deo donat; spiritualiter Deo suavitatis odorem sacrificat. (*De eleemosyn.*)

XXVI. Vineam licet fallat, & herbis siccitate morientibus, æstuans campus arescat; quid hoc ad Christianos, ad Dei servos, quos paradus invitat, quos gratia omnis, & copia regni cælestis expectat? gaudent semper in Deo suo; & mala, atque adversa mundi fortiter tolerant, dum dona, & prospera futura prospiciunt. (*Contr. Demet.*)

XXVII. Cum mala accidunt, sciatis hanc iram Dei esse censuram: ut qui beneficiis non intelligitur, vel plagis intelligatur. (*Ibidem.*)

XXVIII. Rex unus est apibus, & dux unus in gregibus: multo magis mundi unus est rector, qui universa, quæcumque sunt, verbo jubet, ratione dispensat, virtute consummat. Hic nec videri potest, visu clarior est, nec comprehendi, tactu purior est; nec æstimari, sensu major est: & ideo sic eum digne æstimamus, dum inæstimabilem dicimus. Quod vero templum habere possit Deus, cujus templum totus est mundus? in nostra dedicandus est mente, in nostro consecrandus est pectore. Nec nomen Dei quæras: Deus nomen est illi. Illic vocabulis opus est, ubi propriis appellationum insignibus, multitudo dirimenda est. Deo, qui solus est, Deus vocabulum totum est. (*De Idol. van.*)

XXIX. Tot persecutiones animus quotidie patitur, tot periculis pectus urgetur; & delectat hic inter diaboli gladios diu stare, cum magis optandum sit, ad Christum, subveniente velocius morte, properare. (*Tract. de Mortal.*)

XXX. Quam præposterum est, quamquæ perversum, ut

cum Dei voluntatem fieri postulemus, quando evocat nos de hoc mundo Deus, non statim voluntatis ejus imperio pareamus! Obnitimur, & reluctamur, & pervicacium more servorum ad conspectum Domini cum tristitia, & mœrore perducimur; exeuntes istinc necessitatis vinculo, non obsequio voluntatis: & volumus ab eo præmiis cælestibus honorari, ad quem venimus inviti? Quid ergo oramus, & petimus, ut *adveniat regnum cælorum*, si captivitas terrena delectat? quid præcibus frequenter iteratis rogamus, & poscimus, ut acceleret dies regni, si majora sunt desideria, servire istic diabolo, quam regnare cum Christo? (*Ibidem.*)

XXXI. Identidem cogitandum est, renunciassè nos mundo; & tanquam hospites, & peregrinos istic interim degere. Amplectamur diem, qui assignat singulos domicilio suo; qui nos istinc ereptos, & laqueis sæcularibus exolutos, paradiso restituit, & regno cælesti. Quis non peregre constitutus properaret in patriam regredi? quis non ad suos navigare festinans, ventum prosperum cupidius optaret, ut velociter charos liceret amplecti? patriam nostram paradusum computamus, parentes Patriarchas habere jam cœpimus; quid non properamus, & currimus, ut patriam nostram videre, ut parentes salutare possimus? Magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum copiosa turba desiderat; jam de sua immortalitate securam, & adhuc de nostra salute sollicitam. Ad horum conspectum, & complexum venire, quanta & illis, & nobis in commune lætitia est? qualis illic cælestium regnorum voluptas sine timore moriendi, & cum æternitate vivendi? quam summa, & perpetua fœlicitas? (*Ibidem.*)

XXXII. Sed retardat te numerositas filiorum, quo minus largiter bonis operibus insistas: at quin hoc ipso operari amplius debes, quod multorum pignorum pater es. Plures sunt, pro quibus Dominum deprecaris, multorum delicta redimenda sunt, multorum animæ liberandæ. (*De opere, & Eleemosyn.*)

XXXIII. Præclara, & divina res, salutaris operatio, so-

latium grande credentium, securitatis nostræ salubre præsidium, munimentum spei, tutela fidei, medella peccati. (*Ibid.*)

XXXIV. Sit ante oculos divina lectio, in manibus bona operatio, in sensibus Dominica cogitatio. Oratio non cesset, spiritualibus semper actibus occupemur, ut quotiescumque inimicus accesserit, & clausum adversum se pectus inveniatur, & armatum. (*De zelo, & livore.*)

XXXV. Si de Sacramento crucis & cibum sumis & potum; lignum, quod apud Mara profecit in imagine ad saporis dulcedinem, tibi in veritate proficiet ad mulcendi pectoris lenitatem. (*Ibidem.*)

ADICIONES.

I. In judiciis, in concione pro rostris, opulenta facundia, volubili ambitione jactetur. Cum vero de Domino Deo vox est, vocis pura sinceritas, non eloquentiæ viribus nititur ad fidei argumenta, sed rebus. Denique accipe non diserta, sed fortia; nec ad audientiæ popularis illecebram culto sermone fucata, sed ad divinam indulgentiam prædicandam rudi veritate simplicia. (*S. Cipr. Epist. I. ad Donat.*)

II. Dei est, inquam Dei, omne quod possumus, inde vi-

I. En los juicios, en las oraciones de los tribunales hágase ambiciosa ostentacion de las riquezas de la eloqüencia. Mas quando se habla de Dios, la pura sinceridad de las palabras no estriva en las fuerzas de la eloqüencia para los argumentos de la fe, sinó en las cosas. Toma, no sentencias discretas, sinó fuertes; no las adornadas con expresiones cultas para alhagar los oidos del pueblo, sinó verdades desnudas y sencillas para predicar la benignidad divina.

II. De Dios es; de Dios es todo quanto podemos; de

allí nos viene, la vida, y la fortaleza. vimus inde pollemus. (*Ibid.*)

III. No se ha de desamparar la disciplina Eclesiástica, ni se ha de debilitar la severidad Sacerdotal, porque nos dicen afrentas, y nos aterran con amenazas; pues nos avisa la sagrada Escritura: no temas las palabras del hombre peccador; porque su gloria se convertirá en basura y gusanos.

IV. Hay grande diferencia en que alguno pretenda merecer con los hombres ó con Dios. Si se agrada á los hombres, Dios es ofendido; pero si toda nuestra diligencia y cuidado se emplea en agradar á Dios, es preciso despreciar las afrentas y maldiciones humanas.

V. Muchas cosas acordes y juntas no se pueden vencer del todo: lo que muchos piden juntos, lo concede Dios á los pacíficos.

VI. En nuestros hermanos cautivos debemos contemplar á Christo, y redimir del peligro de la cautividad al que nos redimió del peligro de la muerte: para que aquel que

III. Non idcirco relinquenda est Ecclesiastica disciplina, aut sacerdotalis solvenda censura, quoniam conviciis infestamur, aut terroribus quætimur. Quando monet scriptura divina, dicens: *Verba viri peccatoris ne timeritis, quia gloria ejus in stercora erit & in vermes.* (*Epist. 55. ad Cornel.*)

IV. Interest utrum quis homines promereri, an Deum cupiat. Si hominibus placetur, Dominus offenditur; si vero id enititur, & elaboramus ut possimus Deo placere, & convicia & maledicta debemus humana contemnere. (*Ibidem.*)

V. Concordia simul juncta vinci non possunt omnino: quicquid simul petitur à cunctis, Deus pacificis exhibet. (*Epist. 57. ad Cornel.*)

VI. In captivis fratribus nostris contemplandus est Christus, & redimendus de periculo captivitatis qui nos redimit de periculo mortis: ut qui nos de diaboli faucibus eruit, nunc

ipse qui manet & habitat in nobis de barbarorum manibus eruat; & redimatur nummaria quantitate, qui nos cruce redemit & Sanguine. (*Epist. 60. ad Episc. Numid.*)

VII. Et si contumax ac superba obaudire volentium multitudo discedat; Ecclesia tamen à Christo non recedit: & illi sunt Ecclesia plebs sacerdoti adunata, & Pastori suo grex adhærens. Unde scire debes Episcopum in Ecclesia esse, & Ecclesiam in Episcopo; & si quis cum Episcopo non sit, in Ecclesia non esse. (*Epist. 69. ad Floren.*)

VIII. Consuetudo quæ apud quosdam obrepsit, non impedire debet quominus veritas prævaleat & vincat. Nam consuetudo sine veritate, vetustas erroris est. (*Epist. 74. ad Pamp.*)

IX. Dominus probari familiam suam voluit; & quia traditam nobis divinitus disciplinam pax longa corruperat, jacentem fidem & pene dixerim dormientem, censura cæ-

nos sacó de las fauces del demonio, ahora él mismo, que está y habita en nosotros, salga de entre las manos de los bárbaros, y se redima con cierta cantidad de dinero, el que nos redimió en la cruz con el caudal de su sangre.

VII. Aunque se separe la soberbia y contumaz multitud de los que no quieren oír, no por eso la Iglesia se aparta de Jesuchristo: la plebe unida con el Sacerdote, y el rebaño con su pastor, estos son la Iglesia. Por lo que deben saber, que cada Iglesia particular está en el Obispo, y el Obispo en la Iglesia, y el que no estuviese con el Obispo no está en la Iglesia.

VIII. La costumbre que se ha introducido entre algunos, no debe impedir que la verdad venza y prevalezca. Porque la costumbre sin la verdad solo es antigüedad del error.

IX. Quiso Dios probar su familia, y porque una larga paz habia corrompido la doctrina que nos vino del cielo por tradicion, la correccion celestial avivó la fe postrada, y aun

diré, casi dormida: y quando merecíamos padecer más por nuestras culpas, el clementísimo Señor todo lo ha moderado; de modo, que quanto nos ha sucedido, mas parece visita de Dios que persecucion.

X. *Los que os llaman felices os inducen al error...* Conviene, pues, que el Sacerdote de Dios no engañe con falaces obsequios, sinó que provea de remedios saludables. Ignorante es el médico que toca, que trata con suavidad las cavidades hinchadas de las heridas; pues aumenta el veneno quando le conserva encerrado en la profundidad de las entrañas. La herida se ha de abrir y cortar; y despues de haber cortado lo que estaba podrido, aplicar mas fuerte medicina. Aunque el enfermo, impaciente con el dolor, dé voces, clame y se queje, despues dará las gracias en conociendo la sanidad.

XI. *El que se confundiere de mí, se avergonzará del Hijo del Hombre.* ¡Y pensará que es Christiano el que se avergüenza de serlo! ¡Cómo puede estar con Christo el que

lestis erexit: cumque nos peccatis nostris amplius pati meremur, clementissimus Dominus sic cuncta moderatus est, ut hoc omne quod gestum est, exploratio potius quam persecutio videretur. (*de Lapsis.*)

X. *Qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt...* Sic oportet Dei sacerdotem non obsequiis dicipientibus fallere; sed remediis salutaribus providere. Imperitus est medicus qui tumentes vulnerum sinus manu parcente contrectat, & in altis recessibus viscerum virus inclusum dum servat, exaggerat. Aperiendum vulnus est & secandum, & putraminibus amputatis medela fortiore curandum. Vociferetur & clamet licet & conqueratur æger impatiens per dolorem; gratias aget postmodum cum senserit sanitatem. (*Idem.*)

XI. *Qui me confusus fuerit, confundetur eum filius hominis.* Et Christianum se putat qui Christianus esse confunditur aut veretur? Quomodo potest esse cum Christo,

qui ad Christum pertinere aut erubescit aut metuit? (*Ibid.*)

XII. *Revertimini ad me ex toto corde vestro, simulque & jejunio & fletu & plantu...* Lamentari eum putamus ex toto corde, jejuniis, fletibus, planctibus Dominum deprecari, qui ex primo criminis die epulis affluentibus pastus, nec cibos & potus suos cum pauperum necessitate communicat? qui hilaris ac lætus incedit, quo modo mortem suam deflet? & placere nunc cuiquam studet, qui Deo displicet? an illa ingemiscit & plangit, cui vacat cultum pretiosæ vestis induere, nec indumentum Christi quod perdidit cogitare? accipere pretiosa ornamenta, nec divini ornatus damna deflere? (*Ibidem.*)

XIII. Animam tuam misera perdidisti, spiritualiter mortua supervivere hic tibi, & ipsa ambulans funus tuum portare coepisti; & non acriter plangis? . . . Non te vel pudore criminis, vel continuatione lamentationis abscondis? ecce

teme, y se avergüenza de pertenecer á Jesuchristo!

XII. *Volved á mí de todo vuestro corazon, juntamente con ayunos, llantos y suspiros....* ; Pensaremos acaso que se lamenta de todo corazon, y que con ayunos, llantos y suspiros ruega al Señor aquel que desde el primer día de su delito, sustentándose con abundantes manjares, no comunica su alimento y su bebida con la necesidad de los pobres? El que anda alegre y contento, ; en qué se conoce que llora su muerte? ; Procura agradar á alguno el que desagrada á Dios? ; Acaso gime y se lamenta la que se ocupa en vestirse con el adorno de preciosas vestiduras, y no piensa en que ha perdido la estola de Jesuchristo; en recibir costosos trages, y no en llorar los daños de la divina túnica del Bautismo?

XIII. ¡ Ah, miserable! Has perdido tu alma, has empezado á sobrevivir á tu muerte espiritual, y á llevar andando en este mundo tu mismo sepulcro, ; y no lloras amargamente! . . . ; No te escondes y ocultas, ó por la ver-

güenza del delito, ó por la continuacion de los lamentos! Vé aquí las peores heridas de los pecadores; vé aquí los mayores delitos. ; Haber pecado, y no dar satisfaccion! ; Haber delinquido, y no llorar los delitos!

XIV. Sobre Pedro solo edifica su Iglesia; y aunque á todos los Apóstoles dió su potestad, y dixo: *Como me envió el Padre á mí, así os envío yo á vosotros*, &c. Con todo eso, para manifestar la unidad, constituyó una sola Cátedra, y con su autoridad dispuso que el origen de la misma unidad empezáse por uno.

XV. *Una es mi Paloma.* ; Piensa que mantiene la fe el que no tiene esta unidad de la Iglesia? ; Vive acaso en la confianza de que está en la Iglesia el que resiste á la Iglesia, y el que desampara la Cátedra de San Pedro, sobre la qual está la Iglesia fundada?

XVI. Si pudo libertarse alguno fuera del Arca de Noé, entónces se librará el que estuviere fuera de la Iglesia. . .

pejora adhuc peccandi vulnera, ecce majora delicta; peccasse, nec satisfacere, deliquisse, nec delicta deflere. (*Ibid.*)

XIV. Super unum Petrum ædificat Ecclesiam suam; & quamvis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat & dicat: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos*, &c. Tamen ut unitatem manifestaret, unam cathedram constituit, & unitatis ejusdem originem ab uno incipientem, sua auctoritate disposuit. (*De Unit. Eccles. Catl. ol.*)

XV. *Una est Columba mea.* Hanc Ecclesiæ unitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? qui Ecclesiæ renititur, qui cathedram Petri super quam fundata est Ecclesia deserit, in Ecclesia se esse confidit? (*Ibidem.*)

XVI. Si potuit evadere quisquam qui extra arcam Noe fuit; & qui extra Ecclesiam foris fuerit, evadit. . . hoc

unitatis Sacramentum ostenditur; quando tunica Domini Jesuchristi non dividitur omnino nec scinditur, sed sortientibus de veste Christi quis ipsam potius indueret, integra vestis accipitur, & individua atque incorrupta tunica possidetur. (*Ibidem.*)

XVII. Ejus est mortem timere, qui ad Christum nolit ire: ejus est ad Christum nolle ire, qui se non credat cum Christo incipere regnare. Scriptum est, *justum fide vivere*. Si justus es & fide vivis, si vere in Deum credis; cur non cum Christo futurus, & de Domini pollicitatione securus, quod ad Christum voceris, amplecteris; & quod diabolo careas, gratularis? (*Tract. de mortal.*)



Este Sacramento ó misterio de unidad se manifiesta quando la túnica de nuestro Señor Jesuchristo, ni del todo se divide ni se rasga, sino que echando suertes sobre quien la habia de llevar, se queda la vestidura entera, y se posee esta túnica incorrupta y sin division.

XVII. Aquel debe temer la muerte, que no quiera ir á Christo, y á aquel le corresponde no querer ir á Christo, que no cree que empieza á reynar con Christo. Escrito está, *que el justo vive de la fe*. Si eres justo, y vives de la fe; si crees verdaderamente en Dios; por qué habiendo de estar con Christo, y seguro de la promesa del Señor, no abrazas el que te llamen á Christo? ¿Cómo no recibes parabienes, de no poder ser ya esclavo del demonio?

T A B L A

DE LAS MATERIAS CONTENIDAS

EN ESTE PRIMER TOMO.

El número romano significa que las materias se hallan en aquel determinado Capítulo, y los números árabes ó comunes quieren decir el Artículo en donde se podrán ver.

A

- A**
Abandono de Dios. Dios no se aparta de nosotros, si nosotros no le abandonamos primero, cap. VI. art. 4.
Achileo. San Achileo Diácono, discípulo de San Ireneo, fué uno de los que predicaron la fe en Valencia del Delfinado, cap. III. art. 1.
Actas del martirio de San Justino, cap. II. art. 1.
Acciones del hombre. La voluntad de Dios es la regla de las acciones del hombre, cap. V. art. 3. El hombre verdaderamente espiritual tiene por fin de sus acciones agradar á Dios, cap. IV. art. 4.
Adulterio, cometido en el corazon, segun las palabras de Jesuchristo, cap. IV. art. 2.
Adultos. Lo que pedia la Iglesia á los adultos antes de conferirles el Bautismo, cap. V. art. 2.
Aficiones mundanas. El sacrificio de las aficiones mundanas es muy agradable á Dios, cap. IV. art. 4.
Africa. Produxo el Africa á Tertuliano, cap. V. art. 1., y á San Cipriano, cap. VII. art. 1.
Agapes. Eran convites de caridad, cap. I. art. 2. San Clemente de Alexandria condena el abuso que hacian ya los Christianos de los Agapes, cap. IV. art. 2. Tertuliano explica y jus-